

REGISTI ISPRAVA 16. STOLJEĆA IZ ARHIVA HRVATSKE AKADEMIJE ZNANOSTI I UMJETNOSTI

TREĆI DIO: ISPRAVE IZ RAZDOBLJA 1538. – 1545.

**Regeste sastavili Antun Mayer i suradnici, za tisak priredila Maja
Katušić**

Maja Katušić
Hrvatski institut za povijest
Zagreb

UDK 94(497.5)“15”(093)
930.253:930.22
Stručni rad
Primljeno: 7.5.2009.
Prihvaćeno: 7.10.2009.

Rad na objavljivanju regista isprava koje se čuvaju u Arhivu Hrvatske akademije znanosti i umjetnosti započela je grupa djelatnika i vanjskih suradnika tadašnjeg Historijskog instituta Jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti (danas: Odsjek za povijesne znanosti Zavoda za povijesne i društvene znanosti HAZU). Do sada su u nastavcima u Zborniku (sv. 2-5) objavljene regeste isprava iz zbirke Diplomata do 1526. godine. Budući da su regesta kasnijih isprava, koja su tada sastavljena, ostala isključivo u rukopisu, a u želji da se omogući njihovo korištenje ponovno se započelo s njihovim objavljivanjem. U svescima 25. i 26. Zbornika objavljene su regeste isprava od 1527. do 1537. U ovom, trećem nastavku, obavljene su regeste isprava od 1538. do 1545. godine.

Ključne riječi: rani novi vijek, hrvatska povijest, povijesni izvori, isprave, Arhiv Hrvatske akademije znanosti i umjetnosti

Signature arhivskih skupina

D – Documenta

DV – Documenta Dalmatico-Veneta/Documenta Veneta

Frg (D – CXLVIII) – Acta fragmentaria/Regesta fragmentorum

Opće kratice

Cop. legal. – copia legalis, ovjereni prijepis

Cop. pap. – copia papirea, kopija na papiru

Cop. simpl. – copia simplex, neovjereni prijepis

Orig. Germanice conscriptum – original pisan njemački

Italice c. cop. pap. – Italice conscripta copia papirea, kopija na papiru napisana talijanski

Latine c. orig. perg. – Latine conscriptum originale in pergamina, original na pergameni napisan latinski

Litterae italice consc. – Litterae italice conscriptae, pismo pisano talijanskim

Orig. obscur. perg. – originale obscuratum in pergamina, oštećeni original na pergameni

Orig. mancum – originale mancum, oštećeni original

Orig. pap. – originale papireum, original na papiru

Orig. et cop. simplex – originale et copia simplex, original i neovjerenjena kopija

Kratice izdanja isprava i regesta

AC 1 = Hrvatski saborski spisi. Acta comitialia regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae, prir. F. Šišić, sv. 1., MSHSM, sv. 33, Zagreb, 1912.

AC 2 = Hrvatski saborski spisi. Acta comitialia regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae, prir. F. Šišić, sv. 2., MSHSM, sv. 36, Zagreb, 1915.

MH = Habsburški spomenici Kraljevine Hrvatske, Dalmacije i Slavonije. Monumenta Habsburgica regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae, prir. E. Laszowski, knj. 2. (1531.-1540.), MSHSM, sv. 36, Zagreb, 1916.

Mon. Tur. 3 = Povjesni spomenici plemenite općine Turopolja nekoć "Zagrebačko polje" zvane. Monumenta historica nobilis communitatis Turopolje olim "Campus Zagrabiensis" dictae, prir. E. Laszowski, sv. 3. (1527.-1560.), Zagreb, 1906.

MSHSM = Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium

Regesti isprava

361. Pragae, 2. II. 1538. (DXXIX – 93)

Ferdinandus rex litteris Pragae 2. II. 1538. datis in Petrum Keglewych, banum, de se optime meritum, universa bona, possessiones, portiones et quaelibet iura possessionaria, quae per mortem ac defectum seminis masculini sexus Nicolai Pwchych de Rokonok ad regem devoluta sunt, confert. Orig. [Šavor]

362. Pragae, 19. II. 1538. (DXXIX – 94)

Ferdinandus rex Thomae de Nadasd ac Petro Keglewych de Bwsyn, banis, praecipit, ut 2 equos Nicolao Lypynyey ab improbis viris furtim ereptos et nunc apud Andream Bathory manentes exponenti reddant et fures damnent. Orig. [Juričan]

363. Albae, 28. II. 1538. (DXXIX – 95)

Katherina Bochka, vidua Michaelis Emreffy de Zerdahel – nunc vero uxor Wolfgangi Groff de Frangapanibus, ac filiae eiusdem Katherina et Anna contra vim et derogamen honoris illarum et contra introductionem Wolfgangi Groff de Frangapanibus in dominium bonorum et castri Crapynya coram conventu cruciferorum domus hospitalis ecclesiae beati regis Stephani de Alba iuridice protestantur. Orig. [Juričan]

364. Albae, 28. II. 1538. (DXXIX – 96)

Catherina vidua Michaelis Imreffy alias Fekethe de Zerdahel – nunc vero uxor Wolfgangi Groff de Frangapanibus – ac Anna et Catherina, filiae eius atque Lucas Zekel de Kewend contra vim et derogamen honoris sui et contra introductionem in dominium bonorum et castri Crapina coram capitulo Albensi iuridice protestantur. Orig. [Juričan]

365. Cillii, 7. III. 1538. (DXXIX – 97)

Nicolaus Iurisich, baro et generalis capitaneus regius, promittit Thomae de Nadasdy et Petro Keglwych de Busyn, banis, in defendendo regno omne suum auxilium; si necesse fuerit, se eis copias auxilio missurum esse, quibus hostes expellantur. Orig. [Juričan]

Izdanje: MH, dok. 373., str. 370.-371.

366. Pragae, 21. III. 1538. (DXXIX – 98)

Hendricus Bergka a Duba et in Drzewenitz, supremus iudex regni Bohemiae, rogat Petrum Keglewytz de Busyn, banum ut filios suos Zbynkonem et Ioannem a Turcis captos omni summa pecuniarum a bassia Bosnensi redimat. Orig. [Juričan]

Izdanje: MH, dok. 374., str. 371.-372.

367. Pragae, 24. III. 1538. (DXXIX – 99)

Ferdinandus rex Stephano de Frangepanibus praecipit, ut Gasparo Dominych possessiones Budmari, Stranicza, Buchuych et domum in Ribnyk, quas iam avus eius violenter olim eripuit, restituat. Orig. [Juričan]

Izdanje: MH, dok. 375., str. 372.-373.

368. Pragae, 31. III. 1538. (DXXIX – 100)

Ferdinandus rex ad rogatum Petri Keglowitsh de Busin, bani, ut maiorem provisionem ratione castrorum Wihigii et Repetsh faciat eique aes alienum solvat, litteris Pragae 31. III. 1538. datis Erasmum baronem de Turre ac Cruce et Wuolfgangum a Lamberg, consiliarios regios, a se destinatos esse, ut se de omnibus pecuniis debitis informarent, quam vero informationem non dum ad se pervenisse respondet. Orig. [Šavor]

Izdanje: AC., dok. 117., str. 193.-194.

369. In Gracz, 31. III. 1538. (DXXIX – 101)

W. Prantner, magister ordinarius domini Georgii Zeger comitis, superintendens banis Thomae Nadasti et Petro Keglobich nuntiat se brevi tria milia per solutorem Blasium Spiler iussu regis missurum esse, ut eorum et summi capitanei Nicolai Iurizschitz consilio equitibus in Slavonia militantibus distribuatur. Orig. [Mayer]

Izdanje: AC., dok. 118., str. 194.-195.

370. Pragae, 31. III. 1538. (DXXIX – 102)

Ferdinandus rex litteris Pragae ad petitionem Gasparis Dominych 31. III. 1538. datis Thomae de Nadasd ac Petro Keglewitsh, banis, praecipit, ut Stephanum comitem de Frangepanibus admoneant, ut possessiones Budmary, Stranycza et Buchonych una cum domo nobilitari Rybnyk, quas a Bernardino avo parentibus petitoris vi ademptas nunc occupatas tenet, ipso petitori restituat. Orig. [Šavor]

371. In Koztel, 11. IV. 1538. (DXXIX – 103)

Gaspar Keczer de Radowan Petrum Keglewitsh de Busyn banum de omnibus suis rebus in castrum Koztel repositas et ab eo receptas coram Gregorio de Gregorowcz et Bernardo de Drwskowcz, iudicibus nobilium comitatus Warasdiensis, expeditum dicit. Orig. [Juričan]

372. In Lwkawecz, 15. IV. 1538. (DXXIX – 104)

Paulus Isachych, castellanus castri Medwed ac capitaneus Lukaweczensis, Nicolaus Koskowych de Hrascha, supanus, in sede iudiciaria testantur Margaretham uxorem Thomae supani de Maiore Mlaka, filiam Margarethae Vedmychko aut Brimmychko, in dominium possessionis Brimmychka 8. IV. 1538. nemine contradicente introductam esse. Orig. [Mayer]

Izdanje: Mon. Tur., dok. 35., str. 39.-40.

373. In Sempthe, 16. IV. 1538. (DXXIX – 105)

Katharina Bocka, vidua Michaelis Imreffy de Zerdahel, nunc uxor comitis Wolfgangi de Frangepanibus, et filiae eius Katharina et Anna, ab eo captae, litteras, quibus bona sua et castrum Krapyna Wolfgango comiti de Frangepanibus inscribere cogentur, revocat et contra introductionem Wolfgangi in dominium praefati castrum coram Alexio comite de Thurzo, iudice curiae regiae et locumtenente regio, protestantur. Orig. [Juričan]

374. Crisii, 28. IV. 1538. (DXXIX – 106)

Paulus de Rathka et Andreas de Tharnocz, vicebani et comites ac iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Iohannis Kastellanffy de Zenthlelek, qui Melchiorem Kastellanffy de occupatione boum Nicolai, praebendarum in Wyhel et Pwcolekonis – Haydynych, iobagionis exponentis in Wyhel (comitatus Crisiensis) pro quodam suo debito, accusavit, 23. IV. 1538. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

375. Crisii, 3. V. 1538. (DXXIX – 107)

Paulus de Rathka et Andreas de Tharnocz, vicebani et comites ac iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Iohannis Kastellanffy de Zenthlelek, qui Melchiorem Kastellanffy de damnis iobagioni exponentis Petro Domenkwssewych in possessione Wyhel illatis accusavit, 30. IV. 1538. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

376. Crisii, 4. V. 1538. (DXXIX – 108)

Paulus de Rathka et Andreas de Tharnocz, vicebani et comites ac iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ad rogatum Ioannis Kastellanffy de Zenthlelek, qui a Michaele Kastellanffy contumeliis minisque affectus, quamquam Petrus Keglewych de Busyn, banus eis mandavit, ne usque ad sententiam iudicariam in causa inter se ulla damna alterutri inferrent, denuo accusavit, 2. V. 1538. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

377. Pragae, 10. V. 1538. (DXXIX – 109)

Ferdinandus rex Thomae de Nadasdi ac Petro Keglowith de Busyn, banis, praecipit, ut cum Iohanne Ungnad, barone a Sunnegk, capitaneo provinciali ac senatus bellici praesidente singulo quoque tempore „correspondentiam“ habeant. Orig. [Šavor]

378. In Gracz, 21. V. 1538. (DXXIX – 110)

Ioannes Ungnad, baro in Suneckh, regius consiliarius supremus, banum Petrum Keglawicz ad consilium Poetoviae ultimis Maii diebus habendum invitat, ubi mandata regis de bello contra Turcas gerendo accepturus sit. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 382., str. 378.-379.

379. Labaci, 23. V. 1538. (DXXIX – 111)

Erasmus baro a Turri et in Cruce, comendator Balye Thomae Nadasdy et Petro Keglobitsch, banis, nuntiat se a rege supremum capitaneum omnium locorum in confinii regni Croatiae electum esse, et eos hortatur, ut tormenta et bombardas et ceteras munitiones ad castra defendenda mittant. Orig. [Juričan]

Izdanje: MH, dok. 384., str. 381.-382.

380. Zagrabiae, post 12. VI. 1538. (Frg – 8 – CIIL)

Capitulum Zagradiense Thomae de Nadasd et Petro Keglewych de Bwsyn, Croatiae banis, nuntiat se iuxta eorum mandatun datum 12. VI. 1538. Iohannem de Zrynyo et Franciscum de Thah de violentiis ab Emerico Bradach de Ladomercz accusatos in ius evocasse. Orig. [nepotpisan]

381. Poetoviae, 29. VI. 1538. (DXXIX – 112)

Ioannes Vngnad, baro, Petro Keglowych, bano se excusat, quod ad binas litteras ab eo acceptas adhuc nullum responsum dedit. Persuadet bano se omnia ad voluntatem regis in defendendo regno facere conari; nuntiat 200 equites leris armaturae conscriptos esse. Orig. [Juričan]

Izdanje: MH, dok. 387., str. 383.-385.

382. Poetoviae, 4. VII. 1538. (DXXIX – 113)

Ioannes Vngnad, baro, Petro Keglowych, bano nuntiat Ladislaum More equos Ladislai Zay arripuisse eiusque servitores in vincula coniecisse, propterea banum rogat, ut causam hanc diligenter inquiret. Orig. [Juričan]

383. Chaktornyae, 25. VII. 1538. (DXXIX – 114)

Gaspar Ernuth de Chaktornya Iohanni litterato Symwnych de Malykowcz, de se bene merito, eiusdemque fratribus Georgio, Fabiano et Anthonio sessionem desertam Zthrelschyna ab omnibus praestationibus exemptam confert. Orig. [Juričan]

384. Crisii, 2. VIII. 1538. (DXXIX – 115)

Michael de Thomadowcz a Paulo de Rathka et Andrea de Tharnocz, comitatus Crisiensis iudicibus nobilium ad petitiones Simonis, episcopi Zagradiensis ac Petri Palfy de Chabragh iussus Michaellem et Ladislaum Kerecheny de Kanyaffewlde in castro eorum Czyrquenna adhortatus est, ut petitionibus pecuniam 718 florenorum auri a patre eorum pro empto castro Zelyna debitum persolverent, ad quam adhortationem debentes ab eodem episcopo in oppido Dombro commorante personaliter pediverunt, ut aliquem non longum terminum praesciptae debitae pecuniae reddendae constitueret, quod idem facere negavit. Orig. [Šavor]

385. Albae, 22. VIII. 1538. (DXXIX – 116)

Lucas Zekel, baro in Ormozd, Catherina Bothka, vidua quondam Michaelis Emreffy de Zerdahel, nunc vero uxor Wolfgangi comitis de Frangapanibus, ac Catherina, uxor Luca Zekel et puella Anna, filiae Michaelis Emreffy, coram conventu cruciferorum de Alba protestatione solemniter facta illam inscriptionem portionum suarum in castro Crapyna fassionemque, quam ii Wolfgango comiti de Frangapanibus vi coacti fecerunt vel facere cogenatur, revocant et evertunt, universas vero litteras fassionales ubicumque et sub quibuscumque formas superinde confectas uel conficiendas vanas declarant necnon universa capitula et conuentus ab extradatione quarumcunque litterarum, Ferdinandum autem et Ioannem reges a donatione et collatione, comites aliosque quoslibet ab emptione et usurpatione bonorum et iurium possessionariorum quondam Michaelis Emreffy avocant. Orig. [Šavor]

386. In Thopozka, 25. IX. 1538. (DXXIX – 117)

Petrus Keglyewych, banus a Ioanne Castellanffy de Zenthlelekh, capitaneo regio, petit, ut gentes a rege ei traditas apud se semper habeat, simulque eum admonet, ut informatione a se accepta, quo ei eundum sit, sine mora proficiscatur. Orig. [Šavor]
Izdanje: MH, dok. 402., str. 400.

387. In Pettowia, 1. X. 1538. (DXXIX – 118)

Ioannes Vngnad, baro, et ceteri commissarii bellici Ioanni Castellanffy de Zenthlelek, capitaneo regio, qui eos rogavit, ut Cristophorum Sempchey rursum ad stipendia regia acceptarent, promittunt se eum tum certiozem facturos esse, cum a rege responsum de solutione equitum acceperint; Blasium Spiller 50 florenos propter morbum solvere non potuisse nuntiant. Orig. [Juričan]

388. In Ormosd, 23. X. 1538. (DXXIX – 119)

Lucas Zekel de Kentewd ad creberrimas petitiones sororis suae, viduae quondam Iohannis Banffy, Iohannem Castellanffy, capitaneum supremum, rogat ut, proximo mense servitores eorum ac domini Giulay in Verewcze permanendos pati nec ad ullam viam aut monstram eos exire cogat, ut miseri coloni vina eorum interim congregare ac victum adducere possint. Orig. [Šavor]

389. Zagrabiae, 7. XI. 1538. (DXXIX – 120)

Capitulum Zagrabiese litteras Iohannis Mazynzky, spani de Thopuzka, glagolitico idioma in Thopuzka anno 1534 conscripta, quae quandam sententiam in causa Iohannis Iwanecz contra uxorem eiusdem Catharinam continet, in latinum vertit. Orig. [Juričan]

390. In Bygzad, 15. XI. 1538. (DXXIX – 121)

Iohannes Castellanffy de Zenthlelek et Franciscus de Thah necnon Iohannes de Al-laph Thomam de Nadasd, banum, adhortantur, ut congregatione regnicolarum con-

vocata de rebus ad regnum a Turcis oppressum et depopulatum tuendum necessariis provideat ac oratorem ad regem mittat. Orig. [Šavor]

391. Viennae, 22. XII. 1538. (DXXIX – 122)

Ferdinandus rex bano Petro Keglewyth de Busyn praeter ducentos illos equites magnum exercitum se missurum esse promittit, etiam stipendia debita; monet ut caveat, ne castris eius Feyerkew et Wzthylonya in finibus sitis Turcae potiantur, denique cohortatur, ut vigilans sit. Orig. [Mayer]

392. Iadrae, 4. I. 1539. (DV – II – 78)

Coram Aloysio de Ferra, iudice examinatore, Ioannes Ropusinich quondam Thomasiai de Cuibo R[aymundo] Barbich terrenum pretio librarum 15 (pro anno livello solvendarum) vendit. acido aspersum valde illegibile. Orig. obscur. perg. Latine c. [Marušić]

393. Viennae, 7. I. 1539. (D – XXIX – 123)

Ferdinandus rex a Petro Keglewyth de Busyn, bano, coram se professionem datam esse, qua illam donationem regiam possessionum quondam Nicolai Pwchych a Francisco Wylaky, episcopo Iauriensi, Ladislao nepoti eiusque heredibus a rege impetratam in Petrum Keglowyth eiusque filios hoc modo translatam esse, ut litterae regiae donationis ab episcopo in Petrum eiusque filios transcriberentur, litterae vero possessionariae ipsius episcopi in personam nepotis eius redactae delerentur hac condicione, ut ab eodem Petro eidem episcopo vel, eo mortuo, nepotibus eius 600 florenos Hungaricos auri puri Viennae persoluerentur, ad quos Petrum se suosque filios sub honoris amissione obligatos reddidisse testatur. Orig. [Šavor]

Izdanje: MH, dok. 418., str. 417.

394. Viennae, 12. I. 1539. (D – XXIX – 124)

Ferdinandus rex nuntiat se ad defendendum regnum copias Hispanorum missum esse, quibus Ioannem Castellanffy de Zenthlelek adfuturum esse, et mandat, ut copiis Hispanorum victualia iusto pretio vendantur et consilio eis adsint. Orig. [Juričan]

Izdanje: AC., dok. 155., str. 249.

395. Zagrabiae, 14. I. 1539. (Frg – 9 – CIIL)

Carta capituli Zagradiensis. Legi non potest. Orig. [nepotpisan]

396. Zagrabiae, 26. I. 1539. (D – XXIX – 125)

Capitulum Zagradiense Thomae de Nadasd, bano nuntiat, cum Petrum Keglewyth, banum, iuxta decretum Ferdinandi regis, Pragae 2. II. 1538. datum, in dominium possessionum et iurium possessionarium quondam Nicolai Pwchych de Rokonok 24. I. introducere voluisset, huic introductioni in facie possessionis Drobchewcz a

Veronica, Nicolai vidua, nunc Ambrosii litterati de Gregoryancz uxore, eiusque filia-
bus violenter obstitutum esse, quare violatores in ius bani evocatos esse. Orig. [Šavor]

397. Viennae, 10. II. 1539. (D – XXIX – 126)

Ferdinandus rex confirmat litteras Iohannis Castellanny de certamine Hispaniorum
cum Turcis; omnia scriptu digna perscribenda esse: iam commissum esse banis, ut
pecuniae apud Bradach deputatae ei dentur. Orig. [Juričan]

398. In Iwanych, 18. II. 1539. (D – XXIX – 127)

Simon episcopus Zagrabiensis epistula ad Ioannem Castellanny de Zenthlelek mira-
tur eum sibi nuntiare exercitum Hispanorum bona episcopatum ingredi velle, cum
rex sibi tantum praecipiat, ut Hispanos com meatu et consilio iuuet; de damnis iam
praeteritis temporibus acceptis queritur et rogat, ut sibi, qui homines ad regem suam
fidem declaratos misit, suisque bonis pareat. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 421., str. 419.-421.

399. Viennae, 25. II. 1539. (D – XXIX – 128)

Ferdinandus rex curam Ioannis Castellanny de Zenthlelek, qui com meatum copi-
is Hispaniorum paravit, laudat; iam prius ordinatum esset, ut ex pecuniis missis
pedites “insurrectionales” necessarius instruantur, ne ex castris discedere cupiant.
Faciant omnia ad voluntatem regis. Orig. [Juričan]

400. Viennae, 28. II. 1539. (D – XXIX – 129)

Ferdinandus rex vicecomitibus ac exactoribus proxime futurae dicae praecipit, ut
Petro Keglewyth de Busyn, bano, 1000 florenos ex ipsa comitatus Warasdiniensis
dica ante omnium solutiones accepta, persolvant. Orig. [Šavor]

Izdanje: AC., dok. 157., str. 250.

401. Viennae, 28. II. 1539. (D – XXIX – 130)

Ferdinandus rex Petro Keglewyth, bano, pecuniam 20 000 florenorum Hungarico-
rum ab eo mutuo datam intra tres annos eidem vel eius uxori Barbarae Sthresemlyey
vel Annae filiae ac filiis certam expensam, bona vero interim vacantia et ad regem
devoluta nemini, quam ipsi Petro eiusque heredibus donata fore promittit. Orig.
[Šavor]

402. In Byztrycza, 2. III. 1539. (D – XXIX – 131)

Emericus Bradach de Ladomercz epistula ad Iohannem Castellanny de Zenthlelek
acriter de populationibus comitum Zriniensium in sua possessione Ladomercz, ubi
“pauperes iobagiones” maxima damna patiuntur, queritur eiusque auxilium im-
plorat. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 425., str. 423.-424.

403. Chasmae, 3. III. 1539. (D – XXIX – 132)

Simon episcopus Zagrabiensis epistula ad Ioannem Castellany de Zenthlelek se ad adventum eius ac dominorum Hispanorum commeatum ex bonis suis in Dombro advehere paratum dicit, quamquam “plures ex colonis fame laborent”; rogat eum, ut Franciscum Bochkay, qui currum levem kochy cum quattuor saccis episcopi ad Dravum flumen cepit, coerceat. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 426., str. 424.-425.

404. In Rawen, 6. III. 1539. (D – XXIX – 133)

Martha uxor Michaelis Raweni, protonotarii regni Slavoniae, qui nuper ad regem profectus est, Iohannem Castellany de Bykzad rogat, ut se de adventu exercitus Hispaniorum certiore faciat, quod iobagiones metu nihil laborent et semper sint in fuga. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 427., str. 426.

405. Viennae, 8. III. 1539. (D – XXIX – 134)

Ferdinandus rex Ioanni Castellany de Zenthlelek praecipit, ut magistro de campo Zagrabiensi, cui mandatu regis Hispanae copiae ad regnum defendendum missae a qualibet vi tuendae sunt, omni sua ope ac consilio et auxilio assistat. Orig. [Šavor]

Izdanje: MH, dok. 428., str. 426.-427.

406. In Oztercz, 10. III. 1539. (D – XXIX – 135)

Emericus Bradach de Ladomercz Georgium Ladomer, latorem epistulae, Iohanni Castellany de Zenthlelek commendat, ut ei confidat et responsum det. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 430., str. 428.-429.

407. Viennae, 10. III. 1539. (D – XXIX – 136)

Ferdinandus rex se bano Petro Keglewych 24.224 florenos debere fatetur, quorum 3.224 ei statim persolvit, 1000 in comitatu Warasdiensi ex dica persolvi iubet et de reliquo eum securum reddit. Orig. [Mayer]

408. Chasmae, 11. III. 1539. (D – XXIX – 137)

Simon, episcopus Zagrabiensis, a Ioanne Castellany de Zenthlelek excitatus, ut commeatus Hispanorum copiis, quarum adventus expectatur, compararet, respondit in bonis eius non esse tantam copiam commeatum, quae saltem ad propriam indigenarum necessitatem sufficiat, tantum vero abesse, ut tam confertae multitudini suppetat. Orig. [Šavor]

409. Zagrabiae, 13. III. 1539. (D – XXIX – 138)

Nobilis Elena vidua Thomae Besay “inhabitoris civitatis Montisgrecensis Zagrabiensis,” filia Valentini Goczlewych de Korylowcz, aetate confecta, cum sine prole

sit, Mattheum litteraturm de Zalathnok adoptat eique eiusque fratri Paulo omnes suas possessiones in Korylowcz, Kwssancz, Thernowcz, Gorycza et Wrbanecz coram capitulo Zagrabiensi donat. Orig. [Mayer]

Izdanje: Mon. Tur., dok. 46., str. 69.-71.

410. Cathari, 14. III. 1539. (DV – II – 79)

Matheus Bembus, rector et provisor Cathari ac Laurentius Zagurio et Marinus Drago iudices iustantibus procuratoribus capituli sancti Triphonis, de puncto sive de legato unius yperperi de livello perpetuo, quem solvit Vuchoslavus Deskovich de Bogdasich, presbytero Nicolao Grassa et capitulo sancti Triphonis a Catherina relicta quondam Zanye Fabii relicta, sententiam proferunt. Orig. perg. Latine c. [Marušić]

411. Chasmae, 18. III. 1539. (D – XXIX – 139)

Simon, episcopus Zagrabiensis, Ioanni Castellanffy de Zenthlelek, commissario ac capitaneo regio, nuntiat officialem suum Dombrensem, mandatu sui, quidquid victualium colligere poterit, Crisium ad Hispanorum copiis frumentum providendum sine mora missarum esse. Orig. [Šavor]

Izdanje: MH, dok. 432., str. 430.

412. Sub Oztrcz, 26. III. 1539. (D – XXIX – 140)

Emericus Bradach de Ladomercz Iohannem Castellanffy de Zenthlelek, commissarium ac capitaneum regium rogat, ut quendam Iohannem Wranesych a se in certis negotiis missum diligenter cognoscat relationibusque eius fidem faciat. Orig. [Šavor]

Izdanje: MH, dok. 433., str. 430.-431.

413. In Izdenchecz, 2. IV. 1539. (D – XXIX – 141)

Paulus Rathkay de Rathka, vicebanus Slavoniae ac vicecomes comitatus Warasdiensis testatur Michaelem et Ladislaum Kerecheny debitum patris Pauli sibi persolvisse. Orig. [Mayer]

414. In Oztercz, 5. IV. 1539. (D – XXIX – 142)

Emericus Bradach de Ladomercz Paulum spanum suum in Zenth-Iwancz, latorem epistulae, Ioanni Castellanffy de Zenthlelek commendat, ut ei confidat et responsum det. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 434., str. 431.

415. Sine loco, 11. V. 1539. (D – XXIX – 143)

Catharina Castellanffy, Ladislai de Bathor uxor, Ioannem Castellanffy rogat, ut eam de Francisco filio, quem mortuum esse accepit, certiozem faciat simulque eum cum Melchiore fratre ad filiae suae nuptias invitet. Orig. [Šavor]

Izdanje: MH, dok. 440., str. 436.

416. In Dombra 14. V. 1539. vide Chasmae, 21. V. 1539. (D – XXIX – 144)

417. Chasmae, 21. V. 1539. (D – XXIX – 144)

Capitulum Chasmense Thomae de Nadasd ac Petro Kyglewych de Bwsyn, banis, litteris eorundem banorum Dombri 14. V. 1539. ad petitionem Petri Palffy de Chabragh, qui Michaellem et Ladislaum Kerecheny de Kanyaffewlde pecinuae 718 florenos a patre eorum pro empto castello Zelyna debitae ac nondum perslutaee accusavit, datis iussum nuntiat a se debentes in castro coram Czyrquenna 19. V. admonitos esse, ut termino constituo coram banis rationem de praemissa pecunia reddituri iudiciumque recepturi compareant. Orig. [Šavor]

418. Venetiis, 6. VI. 1539. (DV– II – 80)

Petrus Lando, dux Venetiarum, Ioanni Aloysio Pisano, provisorio Vegliae, et Marino Georgio, camerario, notum facit ordines per Andream Laurendanum et Franciscum Pisanum, syndicos auditores in Dalmatia, latos de inquisitionibus per totam insulam habendis et de personis ad id officium eligendis, in collegio suo ut utiles et necessarios approbatos esse, simulque mandat, ut dicti ordines ab omnibus observari debeant. Cop. pap. [Marušić]

419. Crisii 10. VI. 1539. vide Zagrabiae, 19. VI. 1539. (D – XXIX – 146)

420. Crisii 10. VI. 1539. vide Zagrabiae, 19. VI. 1539. (D – XXIX – 147)

421. Crisii 10. VI. 1539. vide Zagrabiae, 19. VI. 1539. (D – XXIX – 148)

422. Crisii 10. VI. 1539. vide Zagrabiae, 19. VI. 1539. (D – XXIX – 149)

423. Crisii, 11. VI. 1539. (D – XXIX – 145)

Thomas de Nadasd et Petrus Keglewych de Bwsyn bani sententiam ferunt, ut Michael Kerecheny de Kanyaffewlde, cuius pater qdm. Paulus castrum Zelyna 3500 florenos a Petro Palffy de Chabragh, nepote Simonis episcopi Zagrabiensis, emit, sed ut hic asserit, de eis 718 florenos non solvit, in ecclesia Sanctae Crucis Crisii “sexto se nobilibus” iuret, se debitorem ei non remansisse. Quod non fecit, ut e nota a tergo apparet. Orig. [Mayer]

424. Zagrabiae, 19. VI. 1539. (D – XXIX – 146)

Capitulum Zagrabiese litteris Thomae de Nadasd ac Petri Keglewych, banorum, ad petitionem Emerici Bradach de Ladomercz necnon Iohannis olim Stephani ac Gregorii quondam Georgii similiter Bradach, qui Ioannem et Nicolaum comites de Zrynyo ac prioratus Auranae gubernatores itemque Iwyczam Karynych, capitaneum gentium huzarorum Georgium Wydachych, Stephanum Sprethky ac Paulum

Mykwlych, castellanus castelli Bosyako et quosdam alios furti et rapinae iobagionibus petitorum in possessione Lachecz facti atque aggeris clausuraeque aque molendini Ztyerke in possessione Glawnycza deletae accusaverunt, Crisii 10. VI. 1539. datis iussum, reos 14. VI. 1539. admonuit, ut termino constituto coram, banis Zagrabiae ad gravamina petitorum responsuri iudiciumque recepturi compareant. Orig. [Šavor]

425. Zagrabiae, 19. VI. 1539. (D – XXIX – 147)

Capitulum Zagrabiense litteris Thomae de Nadasd et Petri Keglwych de Busyn, banorum, 10. VI. 1539. Crisii datis, iussum, respondet se Iohannem comitem Zrynyensem et Franciscum de Thah, qui ab Emerico et Gregorio Baradch de Ladomercz de rapina iobagionibus in possessionibus exponentium Drenowa et Wokowya (Comitatus Zagrabiensis) illata accusati sunt, ad 28. VI. 1539. in ius banale Zagrabiam evocasse. Orig. [Juričan]

426. Zagrabiae, 19. VI. 1539. (D – XXIX – 148)

Capitulum Zagrabiense banis Thomae de Nadasd et Petro Keglwych de Bwsyn nuntiat se, eorum litteris Crisii 10. VI. 1539. datis iussum Franciscum de Thah, quem Emericus Bradach de Ladomercz et Gregorius filius Georgii Bradach de rapinis in suis possessionibus Kryrowcz et Wokowya reum fecerunt, 14. VI. eodem anno ad quintum decimum diem in ius ante banos vocatum esse. Orig. [Mayer]

427. Zagrabiae, 19. VI. 1539. (D – XXIX – 149)

Capitulum Zagrabiense litteris Thomae de Nadasd ac Petri Keglwych de Bwsyn, banorum, ad petitionem Emerici Bradach de Ladomercz et Gregorii, filii Georgii Bradach de eadem Ladomercz, qui Ioannem comitem de Zrynyo nec non Franciscum Thahy de Thah furti et rapinae a Petro litterato, castellano castris Ioannis (!) Bosyako, atque Matheo Horwath, spano eisudem Francisci, in pertinentiis possessionum Zenthilona et Wokowye commissae accusaverunt, Crisii 10. VI. 1539. datis iussum banis nuntiat reos a se 14. VI. admonitos esse, ut Zagrabiae ad gravamina petitorum responsuri termino constituto coram banis comparerent. Orig. [Šavor]

428. In arce Welyka, 23. VI. 1539. (D – XXIX – 150)

Thomas de Nadasd, banus, a Barbara Ewssy Ioannis Castellannfy uxore, petit, ut damnum a servitoribus Ioannis Castellannfy, mariti eius, Gaspari Petthew illatum, de quo idem Ioannes satisfactionem reddere pollicitus est, expleat. Orig. [Šavor]
Izdanje: MH, dok. 443., str. 438.-439.

429. In Czirquena, 29. VI. 1539. (D – XXIX – 151)

Michael et Ladisalus Kerecheny de Kanyfewlde Ambrosio plebano et ecclesiae de Czirquena unam sessionem donant. Orig. [Mayer]

430. Crisii, 10. VII. 1539. (D – XXIX – 152)

Thomas de Nadasd ac Petrus Keglyewych de Bwsyn, bani, litteras obmissionales, quibus iuramentum a Michale Kerecheny de Kanyaffewlde, qui cum Ladislao fratre a Petro Palffy de Chabrag peccuniae 718 florenos auri, quam Paulus Kerecheny de eadem Kanyffewlde, pater eorum, pro empto castro Zelyna, debitor mansit, accusatus est, minime depositum esse confirmatur, actori edunt. Orig. [Šavor]

431. Sclabynyae, 15. VII. 1539. (D – XXIX – 153)

Ferdinandus rex testatur Ursulam viduam Gasparis Czobor de Czobor-Zenthmichal et Ioannem Czobor in Holych (comitatus Nitriensis) se usque ad 18. VIII. eodem anno ad concordiam paratos esse declarasse, alioquin causa inter eos continuetur. Orig. [Mayer]

432. In Bygzad, 13. VIII. 1539. (D – XXIX – 154)

Iohannes Castellanny de Zenthlelek Matheo Horwath, castellano castris Zyrch, se de eius equo in Zerdahel accepto apud banos intercessionem factarum esse promittit ipsumque admonet, ut captivum vel ipse vel eo impedito Ianchi de Sirinio, castellanus de Podborya cum hominibus ei obviam missis ad se adducat. Orig. [Šavor]

433. Viennae, 23. XI. 1539. (D – XXIX – 155)

Ferdinandus rex promitti Ioanni Castellanny, de se bene merito, se prima occasione ut fideli subdito quandam collationem pro bonis Michaelis Therek, quae alio petenti iam datae sunt praestare velle; de pecuniis iam missis Ioannem ad 50 equites solutionem accepturum esse. Orig. [Juričan]

Izdanje: MH, dok. 458., str. 453.

434. Viennae, 28. XII. 1539. (D – XXIX – 156)

Ferdinandus rex Ioanni Castellanny de Zenthlelek et Michaeli de Rawen, prothonotario regni, qui pecunias et frumenta ad regnum defendendum a regnicolis colligi iusserint, commitit, ut de populationibus plebis a militibus bani et vicebanorum inquisitionem faciant et regi omnia nuntiant. Orig. [Juričan]

Izdanje: AC., dok. 182., str. 280.-281.

435. In Sarwar, 29. XII. 1539. (D – XXIX – 157)

Thomas de Nadasd, tavernicorum regis magister, epistula ad Ioannem Castellanny de Szentlelek se rescivisse dicit hoc praesente se nuper Viennae in aula regia a Francisco Batthyany vituperiis affectum esse; quomodo ei responsurus sit, e paribus inclusi eum intellecturum esse. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 464., str. 457.-458.

436. Sine loco, 1539. (D – XXIX – 158)

Epistula Ioannis Castellany Hungarice conscripta Barbarae Ewsy directa. Orig. [Šavor]

437. Venetiis, 16. II. 1540. (DV– II – 81)

Nota addita a tergo documenti die 11. VI. 1516. conscripti. Leonardus Lourendanus, dux Venetiarum, Marco Antonio de Canali, provisorio Veglae, mandat, ut quidam denarii ab eo quam primum mittantur multaue communia terreni pasqua a variis personis occupata in possessionem communitatis redantur.

In tergo scriptum:

1540. 16. II.

A duce Venetiarum at captibus consilii X provisorio Veglae maridatur, ut terrena communia in Dubasnisa, Barbegna (?), Castel Muschio nonnullis personis ad pasendum consessa ab iss adimantur et ad usum communem adhibeantur. Italice conscr. cop. pap. [Marušić]

438. Zagrabiae, 21. II. 1540. (D – XXX – 1)

Michael de Zempche, vicebanus et comes, ac iudices nobilium Comitatus Zagrabienensis testatur ex inquisitione ad rogatum Emerici Bradach de Ladomercz, qui Franciscum de Thah de vi et rapina iobagioni Georgio Mykutych in possessione exponentis Pawkow Werh illata accusavit, 16. II. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

439. Zagrabiae, 4. III. 1540. (D – XXX – 2)

Michael de Zempche, vicebanus et comes, ac iudices nobilium Comitatus Zagrabienensis testantur ex inquisitione ad rogatum Emerici Bradach de Ladomercz, qui Franciscum de Thahy de vi et rapina iobagionibus in possessionibus exponentis Prydworye et Wokowya illata accusavit, 27. II. 1540. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

440. Zagrabiae, 4. III. 1540. (D – XXX – 3)

Michael de Zempche, vicebanus et comes, ac iudices nobilium Comitatus Zagrabienensis testantur ex inquisitione ad rogatum Emerici Bradach de Ladomercz, qui Ioannem comitem de Zrinio et gubernatorem prioratus Auranae eorundemque homines de vi et rapina frumenti, vini et aliarum rerum iobagionibus in possessione exponentis Banyazelzke Gorycze (comitatus Zagrabienensis) illata accusavit, 28. II. 1540. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

441. Zagrabiae, 12. III. 1540. (D – XXX – 4)

Michael de Zempche, vicebanus et comes, ac iudices nobilium Comitatus Zagrabienensis testantur ex inquisitione ad rogatum Emerici Bradach de Ladomercz, qui

Ioannem Alapy de vi et rapina iobagionibus in possessione Pawkow Werh illata accusavit, 7. III. 1540. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

442. Zagrabiae, 18. III. 1540. (D – XXX – 5)

Michael de Zempche, vicebanus et comes, ac iudices nobilium Comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Emerici Bradach de Ladomercz, qui Franciscum de Thahy de vi et rapina vini et frumenti iobagionibus in possessione exponentis Banyozelzke Gorycze (comitatus Zagrabiensis) illata accusavit, 14. III. 1540. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

443. Zagrabiae, 23. III. 1540. (D – XXX – 6)

Michael de Zempche, vicebanus et comes, ac iudices nobilium Comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Emerici Bradach de Ladomercz, qui comitem Ioannem de Zrinio ac gubernatorem prioratus Auranae de vi et rapina iobagionibus in possessione exponentis Belowar illata accusavit, 21. III. 1540. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

444. Zagrabiae, 23. III. 1540. (D – XXX – 7)

Michael de Zempche, vicebanus et comes, ac iudices nobilium Comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Emerici Bradach de Ladomercz, qui Franciscum de Thah de vi et rapina iobagionibus in possessionibus exponentis Hrastham et Wokowya illata accusavit, 21. III. 1540. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

445. Zagrabiae, 25. III. 1540. (D – XXX – 8)

Michael de Zempche, vicebanus et comes, ac iudices nobilium Comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Emerici Bradach de Ladomercz, qui Franciscum de Thah de vi, rapina et incendio iobagionibus in possessione exponentis Krysewczy (comitatus Zagrabiensis) illato accusavit, 21. III. 1540. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

446. Cathari, 1. V. 1540 – 24. V. 1540. (DV– II – 82)

Marinus Breloeuch da Mullo uti successor beneficiatus quondam presbyteri Francisci Radissich Nicolao de Natali de Antibaro habitatori Cathari staria 8 frumenti et unum terrenum situm in pertinentiis de Lovrizagna pretio ypeprerorum 241 vendit; 24. Maii Matheus Bembo, rector e provisor Cathari cum iudicibus post stridas debito more factas venditionem ratificat. Latine c. orig. perg. [Marušić]

447. Pethouiae, 8. V. 1540. (D – XXX – 9)

Ioannes Ungnad, baro in Sonnekh ac capitaneus generalis, Petrum Keglowitz de Bwsin adhortatur, ut omni mora remota nequetisque ceteris rebus iter Pethouiam versus ad quaedam negotia communiter agenda faciat. Orig. [Šavor]
Izdanje: MH, dok. 491., str. 486.

448. In Wihicz, 18. V. 1540. (D – XXX – 10)

Capitaneus equitum Mert Gall de Ruedolfsegkh nuntiat se castrum Wihicz et adiacentia castella Sockholl, Isatschitz et Toplicz a praefecto Bartholomeo de Raunach recepisse, simul pecuniam pro soluendis stipendiis, commeatum, pulverem flagitat, denique de subditis et de statu moenium refert. Adiecta est tabula stipendiorum dd. 14. V., ex qua 70 pedites et 18 equites in Wichitsch, 14 pedites in ceteris castris fuisse apparet. Orig. Germanice conscriptum [Mayer]

449. Venetiis, 31. V. 1540. (DV– II – 83)

Petrus Lando, dux Venetiarum cum capitibus consilii X Francisco Donato, comiti Arbi, mandat, ne quaedam arborum genera in silvis coredere quenpiam patiatur neve populum oratores suo eligendi et varia sua tractandi causa convenire prohibat. Italice consc. cop. pap. [Marušić]

450. Posonii, 22. VI. 1540. vide Posonii, 30. VII. 1540. (D – XXX – 14)

451. Pethouiae, 23. VI. 1540. (D – XXX – 11)

Rerum bellicarum consiliarii bano Petro Kheglouicz de Wusin, qui viaticum nuntio, qui regis litteras ad Turcarum bassam Husrambeg proferat, dandum et salarium sibi poposcit, nuntiant generalem capitaneum abesse, sed propediem adfuturum esse, se autem de pecuniis solvendis nullum iussum ab eo accepisse. Orig. [Mayer]
Izdanje: MH, dok. 499., str. 497.

452. Zagrabiae, 28. VI. 1540. (Frg – 10 – CIIL)

Arbitri Iohannes Swpanych de Prezechnaffew, senior canonicus Zagrabienis, et Iohannes Parys de Adamowcz bona mobilia Iohannis Forchych inter heredes dividunt. Orig. [nepotpisan]

453. Pethouiae, 15. VII. 1540. (D – XXX – 12)

Ioannes Ungnad, generalis capitaneus, ab Ioanne Alapy certior factus comitatum Warasdinensem, cum ei pecunia desit, centum illos pedites plagarios dimittere velle, banum Petrum Keglowythy de Busyn rogat, ut curet, ne id fiat, cum rex ex Austria suas copias revocare possint. Orig. [Mayer]

454. Warasdini, 20. VII. 1540. (D – XXX – 13)

Stephanus Dreges de Pleternycza a Georgio Wragoych, comitatus Warasdiniensis iudice ad petitionem Petri Keglewych, bani, iussus Balthazarem Herkphy de Zaziezd in possessione eius Wydowcz admonet, ut in prima congregatione comitatus Warasdiniensis coram iudicibus compareat rationem fumalium pacuniarum comitatus Warasdiniensis, quae ab eo tamquam exactore Stephano de Gywla et Ioanni Kastellanphy (!) solvi debebant, redditurus. Orig. [Šavor]
Izdanje: MH, dok. 503., str. 500.

455. Posonii, 30. VII. 1540. (D – XXX – 14)

Capitulum Posoniense litteris Ferdinandi regis Posonii 22. VI. 1540. datis iussum testatur se Hyeronimum Dudich aliter de Angelis in dominium boni Pispeky (comitatus Posoniensis) 11. VII. 1540. nemine contradicente introduxisse. Cop. leg. [Juričan]

456. In Rawen, 14. VIII. 1540. (D – XXX – 15)

Petrus Keglwych de Bwsyn, banus, a capitulo Chasmensi ad rogatum Ladislai Kerecheny de Kanyafewlde eiusque sponsae Katherinae, filiae Gregorii Orlowyzych de Choka, petit, ut literae de contractu inter Gregorium et Petrum Krusych de Klyz in sacrisitia Chasmensi locatae in transumpto extradentur. Orig. [Šavor]

457. Posonii, 30. VII. 1540. (D – XXX – 14) vide Zagrabiae, 11. I. 1541. (D – XXX – 17)

458. In Nova Civitate, 10. XII. 1540. (D – XXX – 16)

Ferdinandus regis Petro Keglwyth de Bwsyn, bano, eiusque filiae Annae, viduae Casparis Ernusth de Chaktornya, praecipit, ut Stephano de Gyula fidem adhibeant. Orig. [Juričan]

459. Zagrabiae, 11. I. 1541. (D – XXX – 17)

Capitulum Zagradiense litteris Alexii Thwrzo de Bethlenffalwa, curiae regiae iudicis ac locumtenentis 6. XII. 1540. datis iussum Petrum Keglwych de Bwsyn, banum, 9. 1. 1541. admonet, ut coram praefato locumtenente die certo personaliter, non per procuratorem, compareat ad Blasii de Lak, causarum regalium directoris ac coronae Ungaricae fiscalis, gravamina in causa honoris responsurus, quod vero mandatum castellanis castrorum Chakthornya, Strigo, Zenthgerghwara et castelli Kaproncza datum exequi non potuit. Orig. [Šavor]

460. Zagrabiae, 12. I. 1541. (D – XXX – 18)

Capitulum Zagradiense litteris Ferdinandi regis in Nova Civitate Austriae 30. XII. 1540. datis iussum regi nuntiat duos canonicos a se ad Stephanum Gywlay, qui a rege ad Petrum Keglwych de Bwzyn, banum, Chakthornyam in causa bonorum quondam Gasparis Ernusth de Chakthornya missus est, ut in exequendis regis mandatis eidem testes adessent, missos re infecta domum revertisse, itemque regem de litteris eiusdem bani capitulo directis, quibus ipse ad regem vel locumtenetem in praefata causa sine salvo conductu proficisci recusat, etiamque de nova regis instructione dicto Stephano Gywlay, qua ille ad Petrum Keglwych eiusque filiam Annam, viduam quondam Gasparis Ernusth, adiret, data atque de Petri responso certiore facit. Orig. [Šavor]

461. Zagrabiae, 12. I. 1541. (D – XXX – 19)

Capitulum Zagradiense ad rogatum Petri Keglwych de Bwsyn bani eiusque filiae Annae, viduae quondam Gasparis Ernusth de Chakthornya edit paria testamenti ab

eodem Gaspare in castro Strygo 8. VIII. 1540. coram testibus facti et a notariis publicis comprobati, in quo testator omnia bona, castra, fortalicia ac iura possessionaria pro li suae nondum genitae reinquit, quae si forte ex vita decesserit, Annam, viduam suam, post mortem autem huius, si forte prius acciderit, Petrum Keglwych univesalem heredem testamentique executorem instituit. Orig. [Šavor]

462. Zagrabiae, 12. I. 1541. (D – XXX – 20)

Petrus Keglwych de Bwsyn banus coram capitulo Zagrabiansi protestatur se ante curiam regiam in causa bonorum quondam Gasparis Ernusth de Chakthornya, cum rex sibi irascatur, venire nolle, nisi salvum conductum obtinuerit. Orig. [Mayer]

463. In castro Greben, 7. III. 1541. (D – XXX – 21)

Christophorus de Bathyan Barbaram, Iohannis Castellanffy de Zenthlelek viduam, rogat, ut cuidam familiari suo de servitis eius satisfaciat. Orig. [Šavor]

464. Ausseri, 6. IV. 1541. – 29. IX. 1541. (DV– II – 84)

Nicolaus Garmivich quondam Issidori de Aussero nomine omnium heredum quondam patris sui Antonio filio Michaelis Persich vineam (cum suo terreno, casali et curia) sitam in villa de Puncta Crucis in contrata de Tabaliviza pretio librarum 97 parvorum vendit.

1541. 29. septembris comes Chersi et Ausseri post stridas debito modo factas dictam venditionem firmam esse pronuntiat.

Extrema pars instrumenti valdem leasa. Latine c. orig. obscur. perg. [Marušić]

465. Zagrabiae, 25. IV. 1541. (D – XXX – 22)

Capitulum Zagrabiansense binas litteras Ferdinandi regis a se acceptas esse testatur, quarum alterae, capitulo directae, mandatum eiusdem regis Viennae 24. III. 1541. datum, ut Ioanni comiti de Zrinio litterae regis praeceptoriae pro parte Emerici Bradach exhibeantur, continent, alterae vero, eidem comiti directae, mandatum regis Viennae 22. IV. 1541. datum, ut praefato Emerico Bradach de omnibus damnis occupatione arcis eius per vim facta illatis satisfactio detur. Orig. [Šavor]

466. Cathari, 17. IX. 1541. (DV– II – 85)

Nicolaus Vrachien post contradictionem suam factam occasione venditionis vineae in Cauaz sitae conventionem cum Francisco Cozanich et herede quondam Nixae Clobuzarich in commodum suum facta dictam vineam Nicolao Bacich venditam gravedine et livello perpetuo liberam esse declarat. Latine c. orig. perg. [Marušić]

467. In Dobasniza, 27. IX. 1541. (D – XXX – 23)

Matcho Vlasich de Dobasniza fratri Zuani Primusich, priori conventus sancti Augustini de Flumine, pro hoc conventu portionem terrae cedit et reliquum debitum

coram Gasparo Sablich, notario publico, solvere promittit. Litterae italice consc. Orig. [Mayer]

468. Zagrabiae, 2. XI. 1541. (D – XXX – 24)

Capitulum Zagradiense ad rogatum, Mathiae Tkalcich, praefecti seu “Richtari” oppidi Samobor, ipsi eiusque successoribus quaedam privilegia in colligendis decimis ad mensam capituli pertinendis denuo edit. Cop. leg. [Juričan]

469. In Borlyn, 7. XII. 1541. (D – XXX – 25)

In hoc libello insunt conditiones coram Michaele de Rawen, prothonotario regni, 7. XII. 1541. in Borlyn contractae inter Lucam Zekel de Kewend et Ormosd ac Paulum de Rathka de divisione bonorum castri Zomzedwara et castelli Zthobycza ad regem [Ferdinandem] devolutorum, quae rex utrique 7000 Rhenenses florenos pignori dedit. Orig. [Juričan]

470. Iadrae, 8. XII. 1541. (DV– II – 86)

Coram Francisco Rosa, iudice examinatore, Catharina filia quondam Georgii, heres aviae suae Clarae, filiae quondam Georgii de Primo, ut sola et ultima de prole fratrum eiusdem, virtute testamenti 17. X. 1481. facti, totam possessionem ad flumen prope Iadram monasterio fratrum sancti Dominici de Iadra, per testatricem item beneficiato, cum condicione celebrandi quotannis duo anniversaria, cadit. Latine c. cop. pap. [Marušić]

471. Crisii, 22. I. 1542. (D – XXX – 26)

Franciscus de Batthyán epistula ad magistrum Paulum lectorem et Thomam litteratum, iudices Zagradienses, et alios executores testamenti Ioannis Songorych dana se testatori quidquam debere negat; pro his debitis missas celebrandas non esse. Orig. [Mayer]

472. In Zamabor, 25. I. 1542. (D – XXX – 27)

Andras Sztuparich terras suas arabiles in Luca Iursae Vokovich 2 ½ florenis bonae monete coram Mathia Tkalchich, iudice oppidi Szamabor, et ceteris aliis civibus vendit. Cop. leg. [Juričan]

473. Iadrae, 2. III. 1542. (DV– II – 87)

Coram Petro Gliubauacio examinatore Simonella filia quondam Bernardini de Ventura promitti se domum cum terreno in contrata sancti Sylvestri a Martino de Marco quondam Simonis, suo nepote, pretio ducatorum 55 emptam, in termino annuorum 6 venditori eodem pretio retrovendituram esse. Latine.c. Cop. pap. [Marušić]

474. Anconae, 16. IV. 1542. (DV– II – 88)

Guido Ascanius Fortia diaconus cardinalis camerarius universis reverendissimis ac reverendis in Christo patribus et dominis etc. nuntiat a Rodulpho presbytero cardinali

de Carpo, pro papa et sede apostolica de latere legato (Marchia Anconitanae), Martinum Sagoneo de Verbenico presbyterum Veglensis dioecesis per litteras apostolicas Anconae 16. IV. 1542. scriptas in numerum sedi apostolicae accolitorum capellanorum cum omnibus privilegiis et specialibus favoribus accolitis capellanis coccensis adscriptum esse, mandans, ut id ab omnibus observari debeant. Latine. c. orig (mancum) perg. [Marušić]

475. Wkownae, 24. IV. 1542. (D – XXX – 28)

Ioannes Alapy de Nagy Kemlek quasdam libertates iobagionibus in possessione sua Remerie scriptas edit. Orig. [Juričan]

476. Wkownae, 24. IV. 1542. (D – XXX – 29)

Copia documenti sub numero 28 asservati.

Nota in tergo: Inquisitio mandato bani facta de silva in Demerie Antonii Iellachich contra incolas Demerianses, qui eam sibi adrogare voluerunt: “manet apud Ign. Iurssich” (sine dato). Cop. simpl. [Juričan]

477. Wkownae, 24. IV. 1542. (D – XXX – 30)

Copia documenti sub numero 28 asservati. Cop. simpl. [Juričan]

478. Venetiis, 12. VI. 1542. (DV– II – 89)

Petrus Landus, dux Venetiarum, Aloysio de Rippa, rectori et provisorio Catari, suo et senatus nomine mandat, ut responsiones suae ad rogationes sibi per Hieronymum Buchia, Vincentium Pellegrina, Antonium Grasso, Marco Segoni, oratores nobilium et populi, latas de salinis extra urbem faciendis, de pecuniis ex portorio vini per 6 annos faciendis tantum ad commodum civitatis promovendum designatis, de mercede medico ex aerario presolvenda etc., observandae sint. Italice conscr. orig. perg. [Marušić]

479. In Monte Grecensi, 24. VII. 1542. (D – XXX – 31)

Ioannes Alapy de Alap Georgio Medossewych de Oszterwycza, de se bene merito, curiam nobilitarem cum 7 sessionibus iobagonalibus in possessione Demerie confert. Orig. [Juričan]

480. Viennae 10. IX. 1542. vide Zagrabiae, 14. X. 1542. (D – XXX – 32)

481. Iadrae, 29. IX. 1542. – 14. III. 1545. (DV– II – 90)

Francischina, filia quondam Boychi de Boycho, in suo testamento coram Ioanne de Begna, consiliario comitis, facto, Iacobum Scabanich mansionarium, Simonem de Soppe supracomitem, Marcum Sonzonium causidicum Margaritam quondam Vuchichi pizocheram, suos fideicommissarios, atque eadem Margaritam, habitatricem in domo sua, et fratres s. Ioannis 3. ordinis sancti Francisci suos heredes universales instituit.

2. VIII. 1544. testamentum quondam Francischinae publicatur,
14. III. 1545. hereditas cum beneficio quondam Francisci de Boycho a fratribus s. Ioannis 3. ord. s. Francisci acceptatur. Latine c. orig. perg. [Marušić]

482. Zagrabiae, 14. X. 1542. (D – XXX – 32)

Capitulum Zagrebiense litteris Ferdinandi regis ad protestationem Alberti de Pereg, praepositi capituli Quinqueecclesienis ac camerae regiae Hungaricae praefecti, Viennae 10. IX. 1542. datis iussum Petrum Keglewych de Bwsyn in castro Chaktornya 10. X. 1452. admonuit, ut coram Alexio Thwrzo, curiae regiae iudice ac locumtenente, compareret rationem de castris Chaktornya et Strydo (!) necnon Zenthgyergh et Kaproncza quondam Gasparis Ernusth de Chaktornya, quae per mortem eiusdem ad regem reducta a praefato Petro occupata tenentur, praedicto praeposito a rege destinato restituendis redditurus, quod idem, nisi salvum conductum obtinuerit, facere recusavit. Orig. [Šavor]

483. Zagrabiae, 14. X. 1542. (D – XXX – 33)

Gaspar Kecczer de Radwan Petri Kelgewych, comitatus Warasdiniensis comitis, nomine coram capitulo Zagradiensi protestans regem ac Albertum praepositum a persecutione litis a rege eidem Petro de castris, bonis iuribusque possessionariis quondam Gasparis Ernusth de Chakthornya, quae per eius mortem ad regem redacta a praefato Petro occupata tenentur, quorum autem restituendorum idem Petrus coram Alexio Thwrzo, curiae regiae iudice ac locumtenente, rationem redditurus comparere debuit, sed id facere recusavit, intentae, eundem locumtenentem aliosque iudices ab adiudicatione litterarumque emanatione, universa vero loca credibilia ab earundem litterarum executione prohibet. Orig. [Šavor]

484. Iaurini, 14. X. 1542. (D – XXX – 34)

Gaspar Keczer de Radwan Petri Keglewych de Bwsyn nomine coram capitulo Iauriensi protestans regem ac Albertum de Pereg, curiae regiae iudicem ac camerae regiae Hungaricae praefectum a persecutione litis a rege eidem Petro de castris, bonis iuribusque possessionariis quondam Gasparis Ernusth de Chakthornya, quae per eius mortem ad regem contra testamentariam legationem redacta a praefato Petro occupata tenentur, quorum autoem restituendorum idem Petrus coram Alexio Thwrzo, curiae regiae iudice ac locumtenente, rationem redditurus comparere debuit, sed id, nisi salvum conductum obtinuerit, facere recussavit, intentae, eundem locumtenentem aliosque iudices ab ediudicatione litterarumque emanatione, universa vero loca credibilia ab earundem litterarum executione prohibet. Orig. [Šavor]

485. Zagrabiae, 28. X. 1542. (D – XXX – 35)

Petrus Keglewych de Bwsyn contra Claram viduam Iohannis Kopynczy (!) de Zeyanohraztye, Iohannem Gerdak de Fyletyncz, Petrum Zalay de Apathy, executores

testameneti Annae Keglewych, viduae Gasparis Ernusth de Chakthornya et postea Ladislai Banffy de Alsolyndwa, protestantur, quod legationes Annae sibi factas converterint, eosque iuridice coram capitulo Zagrabiensi prohibent. Orig. [Mayer]

486. Castri Ferrei, 29. X. 1542. (D – XXX – 36)

Georgius, Ioannes, Franciscus, Gaspar, Matheus, Nicolaus, Petrus et Simon Keglewych de Busyn contra Claram, viduam Ioannis Kwpynzky de Zelnahrazthya, Ioannem Gerdak de Fylethyncz, Petrum Zalay de Apathy, executores testamenti Gaspari Ernusth de Chaktornya et uxoris eius Annae – nunc nuptae Ladislao Banffy de Also Lyndwa – coram capitulo Castriferrei protestantur, quod quasdam legationes testamenti sibi factas permutaverint, propterea regem [Ferdinandum], ne collationem quandam confirmet, loca credibilia, ne litteras aliquas edant, iuridice prohibent. Orig. [Juričan]

487. Viennae, 1. XI. 1542. (D – XXX – 37)

Ferdinandus rex Nicolao comiti de Zrinio praecipit, ut castrum Ladomercz Emerico Bradach omnimode remittat. Orig. [Juričan]

488. Chakthornye 10. XI. 1542. vide Zagrabiae, 19. III. 1543. (D – XXX – 44)

489. Viennae, 22. XII. 1542. (D – XXX – 38)

Ferdinandus rex Petro Keglewych respondet ipsum proscriptionis suae reum esse, quod bona Gaspari Ernusth ad regem devoluta sibi usurpavit; praecipit, ut bona regi remittat. Orig. [Juričan]

490. [Chasmae], 1542. – 1556. (Frg – 23 – CIIL)

Capitulum Chasmense litteris bani Nicolai de Zrinyo iussum Petrum Keglewych de Bwsyn, qui a capitulo Zagrabiensi de quibusdam violentiis accusatus est in ius vocat. Orig. [nepotpisan]

491. In Rokonok 25. I. 1543 vide Zagrabiae, 24. II. 1543. (D – XXX – 40)

492. Warasdini, 14. II. 1543. (D – XXX – 39)

Petrus Kastellanffy de Zenthlelek ac Vitus Horwath de Threm (?) omnes controversias unione ab arbitris facta componere coram Nicolao comite de Zrinyo, bano, se obligant. Orig. [Šavor]

493. Warasdini 17. II. 1543. vide Zagrabiae, 24. II. 1543. (D – XXX – 41)

494. Zagrabiae, 24. II. 1543. (D – XXX – 40)

Capitulum Zagrabiense litteris Nicolai comitis de Zrinyo bani in Rokonok 25. I. 1543. Datis iussum Iohannem Horwath de Kryschy, qui a Georgio Bradach de

Ladomercz usurpationis bonorum in possessione et districtu Byztrycza, quae ei per vim adempta idem nunc reus possidet, accusatus est, 22. II. 1543. Admonuit, ut certo termino coram bano compareret litterasque donationales vel inscriptionales vel alias quascumque produceret. Orig. [Šavor]

495. Zagrabiae, 24. II. 1543. (D – XXX – 41)

Capitulum Zagradiense Nicolao comiti de Zrynyo bano litteris eius Warasdini 17. II. 1543. datis, iussum, respondet Iohannem Horwath de Kryschy ab Iohanne Bradach de Ladomercz de occupatione bonorum suorum Byztryczae (comitatus Zagrebiensis) accusatum, 22. II. 1543. ammonitum et in ius banale ad 8. III. 1543. evocatum esse.

A tergo notatum est, in iudicio 5. IV. 1543. deliberatum esse, ut bona exponenti remitterentur. Orig. [Juričan]

496. In Lwkawcz, 8. III. 1543. (D – XXX – 42)

Nicolaus comes Zrinyensis, banus, Iohannem Wernykar de Susumberk capitaneum monet, cum Turcae magnum exercitum ad reducendos perfugas, vulgo prebegas dictos, coegerint, ut caveat, ne quid regno detrimenti existat. Orig. [Mayer]

497. Zagrabiae, 19. III. 1543. (D – XXX – 43)

Capitulum Zagradiense ad rogatum Gasparis Kecczer de Radwan litteras fassionem eius coram emissariis capituli in oppido Kaproncza datam continentem, qua idem illas binas litteras, alteras dominis et baronibus, alteras autem universitati regnicolarum in conventu Psoniensi congregata Petri Keglewych nomine porrectas, in quibus de bonis quondam Gasparis Ernusth de Chakthornya a rege praete testamentariam legationem sibi relictis agitur, ob quas vero regem in memoratum Petrum maxima exersisse ira, a se propria scientia et industria praeter omnem eiusdem Petri voluntatem confectas esse confitetur, quae etiam coram rege et quovis iudice ordinario se professurum esse obligat. Orig. [Šavor]

498. Zagrabiae, 19. III. 1543. (D – XXX – 44)

Petrus Keglewych de Bwsyn coram emissariis capituli Zagradiensis ad eius rogatum ab eodem capitulo Kapronczam missis protestans binas litteras Chakthornye 10. XI. 1542. datas exhibuit, quarum alterae per Gasparem Keczer de Radwan, alterae vero ab eodem Petro dominis regnicolis Psonii in commissiis regni generalibus congregatis directae protestationem Petri contra regis decretum, ut castra, bona et iura possessionaria quondam Gasparis Ernusth de Chaktornya, quae post eius mortem legatione testamentaria ad manus Annae, viduae ipsius testatoris, ac Petri inciderunt, sibi relinquat, continent. Orig. [Šavor]

499. Zagrabiensis, quibus 26. III. 1543. vide Zagrabiae, 22. IV. 1543. (D – XXX – 47)

500. Zagrabiae, 14. IV. 1543. (D – XXX – 45)

Banus Nicolaus comes de Zrinio capitulo Zagrabiensi mandat, ut Lucretiam Perke, viduam Stephani Gywlay, ad 15. diem in ius vocet, quod eius maritus e bonis castri Wgra, quod tamquam sequester occupavit, plus 3500 florenos extorserit, ea etiam Simoni, episcopo Zagrabiensi, nec damna resarcire nec praetium 108 florenos “equi Turcalis” solvere nolit. Orig. [Mayer]

501. Zagrabiae 16. IV. 1543. vide Zagrabiae, 20. IV. 1543. (D – XXX – 46)

502. Zagrabiae, 20. IV. 1543. (D – XXX – 46)

Capitulum Zagrabiense litteris Nicolai comitis de Zrynyo, bani, Zagrabiae die 16. IV. 1543. datis iussum Michaellem et Ladislaum Kerecheny de Kanyaffewlde, qui a Iohanne Nowak eiusque uxoe Clara, quondam Francisci Bodo de Mezthequew filiae, usurpationis bonorum castri Zelyna, quod praefato Francisco, qui in captivitate tunc erat, per vim ademptum occupatumque atque Paulo Kerecheny, patri eorum, traditum est et damni 300 florenorum petitoribus illati insimulati sunt 17. IV. 1543. odhortatum est, ut certo termino coram bano comparerent rationem praemissorum reddituri. Orig. [Šavor]

503. Zagrabiae, 22. IV. 1543. (D – XXX – 47)

Nicolaus comes a Zrinio, banus, in causa capituli Chasmensis contra Iohannem Horwath de Kryschichy, qui eius bona et castellum Zwybowcz (comitatus Crisiensis) occupavit, homicidium patravit, ecclesiam et allodium Zent Pal, ecclesias etiam sancti Pauli Zlobochyna, Chezmycha, Sancti Ioannis de Vetere Chasma, dein bona Georgii Heresynty, custodis et canonici Chasmensis, magistri Stephani Izdency, Gregorii Pernyschy spoliavit et omnes res ac documenta in archivio ecclesiae Chasmensis conservata abstulit, reo par litterarum capituli Zagrabiensis, quibus 26. III. 1543. ammonitus et in ius banale ad 9. IV. 1543. evocatus est, edit. Orig. [Juričan]

504. Posonii 28. IV. 1543. Posonii, 21.V. 1545. (D – XXX – 86)

505. Posonii 28. IV. 1543. vide Kapornak, 13. V. 1543. (D – XXX – 48)

506. In Kapornak, 13. V. 1543. (D – XXX – 48)

Conventus ecclesiae sancti Salvatoris de Kapornak litteris Ferdinandi regis Posonii 28. IV. 1543. datis iussum eidem regi nuntiat Magdalenam Orsagh, Stephani Banffy de Radowan uxorem, contra quam Gaspar Kecczer Petri Keglwyth de Bwsyn nomine ab quasdam litteras regias sententiales pro parte sui ad memorati Petri damnum ab ea emanatas in congregatione generali Posoniensi protestatus est omnesque cum ea

controversias coram rege componere promisit, a se in castro Alsolyndwa repertam admonitam esse, ut termino certo coram rege compareret omnesque litteras regis sententiales cum omnibus earum processibus exhiberet. Orig. [Šavor]

507. Warasdini 20. V. 1543. vide Zagrabiae, 28. V. 1543. (D – XXX – 50)

508. Zagrabiae, 27. V. 1543. (D – XXX – 49)

Ex inquisitione, quam capitulum Zagradiense litteris Nicolai comitis de Zrynyo, bani, ad petitionem Petri Keglewych de Bwsyn, qui Wolfgangum comitem de Frangepanibus suplicis necis, maleficii direptionisque bonorum iobagionibus petitoris in possessionibus Sewnycza, Thoplycza, Erpenye, Prechktowcz, Zthrahyna in pertinentiis castrorum Krapyna et Kozthel illatae accusavit, Warasdini 20. V. 1543. datis iussum 24. V. 1543. fecit, querelas veras esse constat, quare reum in ius Crisii rationem scelerum redditurum evocatum esse. Orig. [Šavor]

509. Zagrabiae, 28. V. 1543. (D – XXX – 50)

Capitulum Zagradiense litteris Nicolai comitis de Zrynyo, bani, Warasdini 20. V. 1543. datis iussum Wolfgangum de Frangepanibus, Segniae, Wegliae, Modrusiaeque comitem, quem Petrus Keglewych caedis, rapinae furtique iobagionibus eius in pertinentiis castri Krapyna facti reum fecit, 24. V. 1543. admonuit, ut termino certo coram bano rationem scelerum commissorum redditurus iudiciumque recepturus compareret. Orig. [Šavor]

510. Warasdini, 2. VI. 1543. (D – XXX – 51)

Lucas Zekel de Kewend latorem epistulae Ioanni Ha... commendat, atlasium adductum esse nuntiat et rogat, ut sibi nuntiet, num id tanto pretio empturus sit. Orig. [Mayer]

511. Chaktornyae, 23. VI. 1543. (D – XXX – 52)

Petrus Keglewych de Busyn Lucae Zekel de Kewend et Ormosd Turcam quendam captum esse nuntiat, ex quo Turcicas naves per Danubium cum copiis et equites ad Viennam obsidendam pergere rescriberit. Orig. [Juričan]

512. Warasdini, 6. VII. 1543. (D – XXX – 53)

Cum Emericus Bradach de Ladomercz eiusque uxor Elena Pekry Georgium Polychanyn huiusque uxorem Cristinam Pekry reos fecerint, quod suas terras usurpassent banus Nicolaus comes de Zrynyo capitulo Zagradiensi mandat, ut inquirat, utrum eae terrae iis communes an utriusque sint. Orig. [Mayer]

513. Warasdini, 8. VII. 1543. (D – XXX – 54)

Banus Nicolaus comes de Zrynyo capitulo Zagradiensi mandat, ut ad rogatum filiarum Sigismundi Frodnohar de Bednye, Dorotheae uxoris Thomae Ipolthffy,

Catherinae uxoris Nicolai Chelley et Margarethae viduae Francisci Swpanych, quae Elizabeth Bochkay de Razynya-Kerezthwr accusaverunt, quod eius filius Ludovicus Pekry de Pethrowyna castrum Bednye expugnavit et depraedatus est, idem castrum restituat actricibus. Orig. [Mayer]

514. Crisii, 10. VII. 1543. (D – XXX – 55)

Caspar Gwzych de Thwran, vicebanus ac comes et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione et ammonitione ad rogatum Ladislai Kerecheny de Kanyfwlde, qui Christophorum Praschochy de Praschoch de violenta occupatione partis fundi sessionalis exponentis in Sabnycza Zenth Iwan accusavit, 5. VI. 1543. facta, apparere, reum ad remissionem fundi exponenti ammonitum esse, sed eum hoc facere recusasse et immo iudici nobilium comminatum esse. Orig. [Juričan]

515. Posonii, 11. VII. 1543. (D – XXX – 56)

Franciscus de Rewa, palatini locumtenens, iudici iuratisque civitatis Warasdiensis mandat, ut de Petro Horwath, officiali castri Zenthgyerghwar, quem dominus castri Petrus Keglwych de Zomzedwara e servitio Turcarum, redemit, qui autem postea dominum propter malam castri administrationem aufugit, eius assertione se nobilem esse neglecta iudicent et causam, si eius dominus sententia contentus non fuerit, curiae regiae transmittant. Orig. [Mayer]

516. Warasdini, 13. VII. 1543. (D – XXX – 57)

Nicolaus comes de Zrinyo banus in causa Petri Keglwych de Bwsyn contra Georgium Polychanyn de Polycze, qui munus servitoris eius adeptus 250 florenos, et 350 florenos videlicet tertiam partem pecuniae redemptionis captivorum Turcarum accepit et ab eo abiit, sententiam fert, ut Petrus Keglwych suam assertionem, summam 250 florenorum “non ad mesnualia, sed ad annualia servitia” a se datam esse, iureiurando, Georgius Polychanyn autem assertionem suam, nullos Turcas, dum servitor fuit, captos esse, etiam iureiurando, sed „sexto se nobilibus” confirmet. A tergo: Non iuraverunt. Orig. [Mayer]

517. Zagrabiae, 24. VII. 1543. (D – XXX – 58)

Nicolaus comes de Zrinio banus ad rogatum Petri Keglwych de Bwsyn, in quem causa Gasparis de Pernya contra Georgium filium Petri Keglwych tunc mortuum et Nicolaum Kerlewachky condescensa est, edit et transsumit littera (hic mancas), quae testimonia continent, utrum terra Zwethychychuwerh ad castrum Pernya an ad abbatiam de Thopwzka ante et post conflictum Mohachiensem pertinuerit. Orig. [Mayer]

518. Zagrabiae, 1. VIII. 1543. (D – XXX – 59)

Nicolaus comes de Zrinyo, banus, causam ob contradictoriam inhibitionem stationis castrorum quondam Christophori, Ioannis Corvini ducis filii, Kozthel et Kra-

pyna necnon possessionum ac eorum possessionariorum ad ea spectantium, quae omnia in Iacobum Zekel de Kewend, liberum dominum in Ormosd, per mortem ac defectum seminis eiusdem Christophori regia donatione collata sunt, inter praefatum Iacobum ut actorem et Petrum Keglewych de Bwsyn ac Catharinam Imreffy de Zerdahel, Lucae Zekel de Kewend uxorem ut reos initam ad horum protestationem in terminum anniversarium prorogat. Orig. [Šavor]

519. Chaktornyae, 9. VIII. 1543. (Frg – 11 – CIIL)

Banus Nicolaus de Zrynyo iudicibus civitatis Varasdiensis praecipit, ut ad rogatum Petri Keglewych Stephanum Horwath in ius citet. Frg. (infima pars asservata). Orig. [nepotpisan]

520. sine loco, post 8. IX. 1543. (Frg – 12 – CIIL)

Nicolaus de Zrinio banus capitulo Zagrabiensi praecipit, ut in causa Annae, uxoris Petri Kastelanffy de Zenthlelek, contra Elenam Pwkry, viduam Emerici Bradach de Ladomercz, de violenta ablatione et deteutione quorundam rerum mobilium mota inquisitionem faciat.

521. In castro Gwozdanczky, 27. X. 1543. (D – XXX – 60)

Nicolaus comes de Zrinio, banus, in causa inter Petrum Keglewych de Bwsyn et Petrum Harmyczar sive Horwath de certa pecunia pro huius redemptione a Turcarum captivitate ab eodem Keglewych expensa inita sententiam dicit, qua Harmyczar debitam pecuniam termino certo creditori persolvere debeat. Orig. [Šavor]

522. Dombrae, 22. XI. 1543. (D – XXX – 61)

Gregorius Bornenysza, gubernator episcopatus Zagrabiensis colonis villicatus Ternawa et Nowak privilegia ab episcopis Zagrabiensibus data et in tumultis deperdita, quod a servitoribus “castris Zagrabiensibus” insolitis extorsionibus premuntur, denuo edit. Sequuntur confirmationes episcoporum Zagrabiensium Pauli (a. 1552.). Caspari Stankovachky de 24. IV. 1591. Cop. simpl. [Juričan]

523. Veglae, 2. III. 1544. (DV – II – 91)

Differentia inter Catharinam relictam magistri Georgii sutoris de Dobasniza et conventum sancte Mariae a capite insulae Veglae de quibusdam bonis a magistro Georgio conventui donatis pacto inter partes constituto componitur, ex quo Catharina bonis (domibus et braydis) sui quondam mariti in vita fruetur atque ea mortua eadem bona in manus fratrum dicti conventus devenient. Latine c. orig. perg. [Marušić]

524. Spiraie, 23. III. 1544. (D – XXX – 62)

Ferdinandus rex proceribus comitatus Zaladiensis praecipit, ut sine mora copias suas “in pleno numero” ad capitaneos regios mittant. In dieta enim imperiali contra Turcas omnes unanimiter caesari [Carolo V.] subsidium promiserunt. Orig. [Juričan]

525. Zagrabiae, 23. III. 1544. (D – XXX – 63)

Antonius Praharych et Paulus Mykwlych, castellanus castri Medwewara Emericum Bradach de Ladomercz eiusque filiam Annam, viduam Ioannis Horwath de Kryszych compositione inter ipsas partes facta 9. III. 1544. de debito 150 florenorum ex captivis Turcis provenientium, 50 florenis in rebus Turcicis persolutis, de residuis 100 florenis autem pignore 75 aureorum largorum dato, coram capitulo Zagrabiansi expeditos reddunt. Orig. [Juričan]

526. Zagrabiae, 23. III. 1544. (D – XXX – 64)

Stephanus Horwath de Kryszych Annam, viduam Iohannis Horwath, eiusque patrem Emericum Bradach de Ladomercz summa 60 florenorum Hungaricarorum pro rebus mobilibus apud se habitis persoluta coram capitulo Zagrabiansi expeditos reddit. Orig. [Juričan]

527. Posonii, 30. III. 1544. (D – XXX – 65)

Ioannes Czobor de Czoborzenthmyhal cum Augustino Salio Transsylvano et Georgio Rycherstorffer coram capitulo Posoniensi concordiam faciunt, qua idem Ioannes vim et rapinam e quodam eius familiare praefato Augustino in possessione Manyga (com. Nitriensis) illatam 100 florenis compensare promittit sub condicione portionis suae in possessione Kwrklow pigneri dandae, si istam pecuniam ad praefixum terminum non expenderit. Orig. [Šavor]

528. Spiraе 31. III. 1544. vide Spiraе, 31. III. 1544. (D – XXX – 66)

529. Spiraе, 31. III. 1544. (D – XXX – 66)

Ferdinandus rex litteris Spiraе 31. III. 1544. ad supplicationem civium civitatis Montis Grecensis datis Lucae Zekel de Kewend, libero domino de Ormosd ac capitaneo, praecipit, ut his litteris acceptis se suosque ab omnibus persecutionibus civibus praefatae civitatis inferendis absteineat, immo vero ipsios ipsorumque bona contra quoslibet impeditores tueatur. Orig. [Šavor]

530. Zagrabiae, 1. V. 1544. (D – XXX – 67)

Ex inquisitione, quam Philippus Horwath de Thernkowcz, iudex a Gaspare Gwzych de Thurán, comitatus Zagrabiansis iudice nobilium, iussus ad petitionem Michaelis Kyssewych de Felsew Lompnycza eiusque uxoris Dortheae, Simonis Iwkachych de Felsew Wolawlya filiae, 27. IV. 1544. fecit a Laurentio Bosnyak furtum rapinamque in possessione petitorum Felsew Wolawlya commissam magnumque damnum iis illatum esse constat. Orig. [Šavor]

531. Posonii 22. VI. 1544. vide Posonii, 21.V. 1545. (D – XXX – 86)

532. In Zenng, 8. VII. 1544. (D – XXX – 68)

Wolf Englbrecht de Auersperg de expeditione contra arcem Udwinng facta, in qua magna praeda a Trucis potitus est, refert. Germanice conscriptum. Orig. [Mayer]

533. In Gwozdanzky, 24. VII. 1544. (D – XXX – 69)

Nicolaus comes de Zrinyo, banus, Iohannem Wernikar de Koztanicza, uzkokorum capitaneum certionem facit Turcas apud Czernyk magnum beglerbegum ex Constantinopoli expectare, ut reliquias regni Croatiae expugnent. Fatetur copias regni ad defendendum exhaustas esse et homines in desperationem incidisse. Saudet ei, ut auxilium a capitaneis Carniolae cito roget. Orig. [Juričan]

534. Ragusii, 1. VIII. 1544. (DV – II – 92)

Coram notario Petro Francisco Parisio Ioannes Maria Francisci de Zamagno don Iacobum Francisci Palladini suum legitimum procuratorem constituit ad recuperandam quandam pecuniarum summam sibi a Bogdano Prinzich de Lissa debitam et ad agendum suo nomine coram iudicio vel quavis dignitate cum potestate substituendi loco sui ipsius unum vel plures procuratores. Latine c. orig. perg. [Marušić]

535. In Selin, 12. VIII. 1544. (D – XXX – 70)

Petrus Erdewdy de Moniarokerek Blasio et Georgio Wgrychych de Thothosewyna de se bene meritis sessionem in villa Polyana donat.
Quam donationem Stephanum Erdevdy, Petri nepos, nota in Selin 23. II. 1629. adposita in Mathiam Blasichich transfert. Orig. [Mayer]

536. In Selin, 12. VIII. 1544. (D – XXX – 71)

Copia legalis cum nota – documenti sub numero 70 asservati. Cop. leg. [Juričan]

537. In Selin, 12. VIII. 1544. (D – XXX – 72)

Petrus Erdödy de Monyorokerek Blasio et Georgio Ugrichih de Totossevyna, de se bene merito, unam sessionem in villa Polyana pertinentia castri Selin (comitatus Zagrabiensis) confert.

Nota: Stephanus Erdödy donationem avi sui Petri in Mathiam Blasichich transfert. Selin 23. II. 1629.

Confer numero 70. Cop. leg. [Juričan]

538. In Kapornok, 5. IX. 1544. (D – XXX – 73)

Conventus ecclesiae sancti Salvatoris de Kapornok Paulo de Warda, archiepiscopo Strigoniensi, primati et locumtenenti regis, nuntiat se Petrum Keglewych de Bwsyn, quem Magdalena uxor Stephani Banffy de Also-Lyndwa reum fecit, 21. VIII. iterum ammonere voluisse, ut sibi ab archiepiscopo praeceptum est, sed eius iobagionem ammonitionem repulisse. Orig. [Juričan]

539. Zagrabiae, 10. IX. 1544. (D – XXX – 74)

Gregorius, Christophorus, Ladislaus, Petrus Farkas et Ioannes Wragowych de Mariassowcz contra Thomam Pethew de Gerse eiusque filios Benedictum et Ladislaum, ne silvam exponentium Czerye in pertinentiis Mariassowcz teneant, contra regem [Ferdinandum], ne conferat, et contra capitula et conventus, ne quas litteras edant, coram capitulo Zagrabiensi iuridice prohibent. Orig. [Juričan]

540. Posonii, 15. X. 1544. (D – XXX – 75)

Paulus de Warda, archiepiscopus Strigoniensis, summus cancellarius et locumtenens regius, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Thomam Zalay de Zelews, de rege bene meritum, in dominium bonorum Zadrowcz, per defectum seminis Bernardi Wyrich ad regem devolutorum et ei collatorum, introducat. Orig. [Juričan]

541. Posonii, 15. X. 1544. (D – XXX – 76)

Paulus Warda, archiepiscopus Strigoniensis, summus cancellarius et locumtenens regius Thomae Zalay de Zewlews, de rege bene merito, bona Zadrowcz (comitatus Warasdiniensis), quae ob defectum seminis Bernardi Wyrich ad regem devoluta sunt, confert. Orig. [Juričan]

542. Viennae, 24. XI. 1544. (D – XXX – 77)

Ferdinandus rex viceregem Neapolis, primum marchionem de Villafranca, rogat, ut Segniam a Turcis oppressam frumento portoriis libero iuuet. Hispanice conscriptum. Orig. [Mayer]

543. In Monyorokekrek, 16. XII. 1544. vide Castri ferrei, 24. XII. 1544. (D – XXX – 78)

544. Castri ferrei, 24. XII. 1544. (D – XXX – 78)

Capitulum Castri Ferrei ad rogatum Petri Erdödy iunioris Monyorokrek par testamenti Petri Edrödy senioris, in Monyorokekrek 16. XII. 1544. scripti, edit. Cop. leg. [Juričan]

545. Zagrabiae, 20. I. 1545. (D – XXX – 79)

Gaspar Saffarych de Sywich de rebus suis a Ioanne Horwath de Kryszych violenter ablatis, quae 100 florenorum sunt, viduam eius Annam filiam Emerici Bradach de Ladomercz coram capitulo Zagrabiensi expeditam reddit. Orig. [Juričan]

546. Zagrabiae, 25. II. 1545. (D – XXX – 80)

Ioannes Alapy de Nagh Kemlek Petrum Keglewych de Bwsyn et iudicem civitatis Kapronczensis rogat, ut res ecclesiasticas et proprias, quas servitores sui Blasio Zathay et Thomae de Topolya, canonicis Quinqueecclesiarum (civitate a Turcis capta) fugientibus eripuerunt et in civitate Kapronczensi recondiderunt, canonicis reddant. Orig. [Juričan]

547. Zagrabiae, 28. II. 1545. (D – XXX – 81)

Iohannes Dokmanyh de rebus mobilibus e redemptione captorum Turcarum redactis a Iohanne Horwath de Kryscych persolvendis, Annam, viduam eius, filiam Emerici Bradach de Ladomercz rebus plenarie impensis coram capitulo Zagradiensi expeditam reddit. Orig. **[Juričan]**

548. Zagrabiae, 9. III. 1545. (D – XXX – 82)

Iohannes de Alap Petrum Keglewych de Bwsyn et iudicem civitatis Kapronzensis rogat, ut se, postquam omnes res ecclesiasticae et propriae, quas servitores sui ab incolis et canonicis Blasio Zathay et Thoma de Thopollya ex civitate Quinqueecclesiensi fugientibus eripuerunt in in civitate Kapronczensi recondiderunt, restituatae sunt, coram capitulo Zagradiensi expeditum reddant. Orig. **[Juričan]**

549. Crisii, 13. III. 1545. (D – XXX – 83)

Paulus Dornecz, civis inferioris civitatis Crisiensis vineam 2 stateras vineales in se ferrentem Georgio et Catharinae Torko 2 florenis coram Mathia Pauli Chelko, iudice et civibus superioris civitatis Crisiensis vendit. Orig. **[Juričan]**

550. Warasdini, 14. IV. 1545. (D – XXX – 84)

Paulus de Rathka vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasdiensis testantur Petrum Kyclewych, quem Simon de Myrkowcz de vi et rapina reum fecit, 12. IV. in ius ante congregationem universitatis nobilium eiusdem comitatus vocatum esse. Orig. et cop. simpl. **[Mayer]**

551. Zagrabiae, 12. V. 1545. (D – XXX – 85)

Petrus Keglewych de Bwsyn, cum res ecclesiae Quinqueecclesiarum eiusque canonicorum magistri Blasii de Zatha et Thomae de Thopollya, quas e civitate a Turcis capta ab eis elatas malefici homines rapuerunt, in Kaproncza inventas restituerit, ab dictis canonicis coram capitulo Zagradiensi expeditus redditur. Orig. **[Juričan]**

552. Posonii, 21.V. 1545. (D – XXX – 86)

Ferdinandus rex in causa Magdalenae uxoris Stephani Banffy de Also-Lindwa contra Petrum Keglewych de Bwsyn edit reo par litterarum Pauli de Warda, archiepiscopi Strigoniensis, primatis et locumtenentis, conventui ecclesiae de Kapornok Posonii 22. VI. 1544. datarum, quae relationem huius conventus 13. V. 1543. datam est et mandatum regis Posonii 28. IV. 1543. datum continent atque de iterata ammonitione rei ab archiepiscopo iussa agunt. Orig. **[Mayer]**

553. Warasdini, 22. V. 1545. (D – XXX – 87)

Paulus de Rathka, vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasdiensis testantur ex ammonitione ad rogatum Petri Keglewych de Bwsyn, qui Georgium Policzanyn

de Legathowcz eiusque uxorem Cristinam Pewkry de quibusdam iniuriis iobagionibus suis illatis accusavit, 20. V. 1545. facta, apparere querelas veras esse et reos in ius ante congregationem comitatum Warasdiniensis evocatos esse. Orig. [Juričan]

554. In arce Pardwbycz, 16. VI. 1545. (D – XXX – 88)

Magdalena Zekel de Ormosd Ioanni Czobor de quibusdam rebus, quae consortem cognatae eius attinent, scribit. Orig. [Šavor]

555. Posonii, 13. VII. 1545. (D – XXX – 89)

Franciscus de Rewa, comes comitatus de Thwroc ac locumtenens Nicolaum comitem de Zrynyo, banum, admonet, ut bona et iura possessionaria quondam Bernardi Wyrych de Zadrowcz (comitatus Warasdiniensis), quae ob defectum seminis eiusdem Lucas Zekel de Kewend donatione regia obtinuerat iusque a bano quibusdam de controversiis sequestratis non utitur, contra quoslibet illegitimus impetitores tueatur. Orig. [Šavor]

556. Warasdini, 10. X. 1545. (D – XXX – 90)

Ex inquisitione ad petitionem Petri Keglewych de Bwsyn a Paulo de Rathka, comitatus Waradiniensis iudice, iussa et die 5. X. 1545. facta apparet Laurentio, filio Dominici Ogorelcz, iobagionis eiusdam petitoris a iobagionibus Georgii Policzanyn eiusque uxoris Cristinae, horum mandatu, in teritorio possessionis Ladomercz vim illatam esse. Orig. [Šavor]

557. Crisii, 25. X. 1545. (D – XXX – 91)

Gaspar Gwzych de Thuram, vicebanus ac comes et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex ammonitione ad rogatum Ladislai Kerecheny de Kanyffelde, qui a Christophoro Praschoczy de Praschocz ex litteris obligatorialibus ab eo datis quaedam debita pro damnis illatis, ut sibi impederet, petiit, 18. X. 1545. facta, apparere reum declarare litteras a se datas “parum vel nihil” valere, et eum de obligationibus “nihil narrare velle”. Orig. [Juričan]

558. Viennae, 27. XI. 1545. (D – XXX – 92)

Conventio, qua castrum Sokol a Georgio Wragowych da Mariassowcz propter periculum incursionis Turcarum sub quibusdam conditionibus Ferdinando regi red- ditur. Orig. [Juričan]

559. Iadrae, 10. XII. 1545. (DV– II – 93)

Coram Nicolao de Nassis, consiliario comitis, Franciscus de Fumatis quondam Nicolai Paulo de Sanctis canonico Iadrensi, unam ogradam (conceptum) terreni aratorii gognaiorum circa 6 siti ante Iadram prope vestigia sancti Ioannis heremitarum, pro se fructus et proventus reservando donat. Latine c. orig. perg. [Marušić]

560. Vienna, 24. XII. 1545. (D – XXX – 93)

Ferdinandus rex litteras capituli Zagradiensis 1. X. 1545. datas, quibus Ioannes "Ianchi" de Wyszoka curiam nobilitarem et possessinem Krayachowcz (comitatus Crisiensis) Stephano Praschowcz 42 florenis currentis monetae vendidit, confirmat. Orig. [**Juričan**]

561. Warasdini, 1545. (D – XXX – 94)

Paulus de Rathka, comitatus Warasдиниensis iudex nobilium, causam inter Forchych de Bwthynowecz et Stephanum de Hom de quibusdam terris arabilibus et quondam fenilibus litigiosis, Zawerthnycza et Saffranschycze vocatis et in pertinentiis possessionis Marzo et Swthezka (comitatus Warasдиниensis) sitis initam unione a Stephano Bwsanych de Rathkowcz, Iohanne de Pwhakowcz, Nicolao de Maryghalthowcz, Martino Bwsanych de eadem Rathkowcz ac Vincentio litterato de Gregwrowcz facta compositam esse testatur. Orig. [**Šavor**]

***Regesta of the Sixteenth-Century Charters from the Archive of the
Croatian Academy of Sciences and Arts***

Third Part: Charters from the Period from 1538 to 1545

Regesta Composed by Antun Mayer and Collaborators, Prepared for
Publishing by Maja Katušić

Summary

The Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts (CASA) keeps one of the most fundamental collections of medieval and early modern charters regarding Croatian history, called the *Diplomata*. Work on creating its inventory and making the *regesta* for its charters was started by a group of the Academy's employees and honorary collaborators led by Antun Mayer. Each charter was placed in a separate envelope, signed with an appropriate signature and accompanied by a short Latin *regestum*. In order that these charters might become as accessible to scholars as possible, in 1959 there started the publishing of the *regesta* of medieval charters in *Zbornik Historijskog instituta Jugoslavenske akademije* (today *Zbornik Odsjeka za povijesne znanosti Zavoda za povijesne i društvene znanosti HAZU*) by Jakov Stipišić and Miljen Šamšalović. The *regesta* of the charters dating from before 1526 have been published in four instalments, a task that was concluded with vol. 5 of the *Zbornik*. The work on publishing of the *regesta* was continued in 2007 and the *regesta* of the charters covering the period from 1527 to 1537 have been published in vols. 25 and 26 of the *Zbornik*. In this volume, as the third part of the *Regesta*, there are those related to the charters from 1538 to 1545.

Key words: the Early Modern Age, Croatian history, historical sources, charters, Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts.